

Badische Landesbibliothek Karlsruhe


Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lutherus reformator

**Scharf, Johann
Grefe, Nicolaus**

Wittebergae, 1650

[urn:nbn:de:bsz:31-67750](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-67750)



80A 8946 2

Handwritten scribble

KSIFCARNI
K. S. I. F. C. A. R. N. I.

11.

Rf

ST

af. 39

7/134


Theol. 535

Histor.

3. 16.

6.

Histor.



Conspectus
Dissertationum ad histo-
riam Lutheri, refor-
mationis, A. S. C. et
Ecclesiae Luther.
spectantium.

1. M. I. A. W. de Lutheri o-
mnia in omnibus
2. Dauhawen Memoria Thau-
massandi Lutheri.
3. Valentini Alberti, de virtute
heretica, Lutheri, Matthiae Fla-
cii et Jacobi Andreae.
4. Scharfii, Joh. Lutherus re-
formator.
5. C. T. Kangovis editio Pontifi-
cis Rom. Leonis X. litterae in-
dulgentiarum.
6. Danielis Graeneri in natalibus
memoriam Lutheri oratio, qua-

lexam annuali sit papa romanus.
7. loh. Wencesl. deus Lutherus
cum sole comparatur.

8. Professio Wesbarg in Christi
deus, Professio, J. Martini

Lutherus ^{praeter intentionem adhaeret}
Professio Wesbarg in Christi deus Professio J. Martini
9. loh. Balthas. Bernhold de cha. ¹⁶¹⁹

factenbar pseudopropheta nuy
in Martino Lutheri miratae
omnium obavit.

10. Laurentii Rhodmanni oratio
de praecipuis dei beneficiis a
deo per VII. Saxoniae electores
et J. Martin. Lutherum et J.
Philipp. Melancthonem in aca-
demiam Witeberg. collata.


11. loh. Fr. Mayer, utrum B. Lu-
therus philippo Landgravo
bigauriam concesserit.

12. Joh. Andr. Danzii, pro lu-
thero ex accinatione styli re-
prehensio.
13. Pauli Jacobi Eckhardi Vindi-
ciae J. Lutheri et J. Melanch-
thonis ab infami peritura.
14. Martin. Lutheri aliquot nomi-
na propria germanorum.
15. Nicol. Leipziceni oratio histo-
rica de initio, causis et pro-
gressu C. A. et de vita ac
laboribus, J. Mart. Lutheri, po-
stremae aetatis Eliae.
16. Gottlieb Wernsdorffii, Augusti-
nae confessionis historia.
17. Joh. Balthaf. Bernhold de fi-
dei formulae praecipue A.
C. iustitia et usu.
18. Alb. Georg. Schwartzii de stylo
A. Conf.

19. Io. Christ. Guesz filii de Au-
gustana confessione Paltii dot-
Sicii, medici Halensis cura grae-
ce reddita.
20. Io. Wilhelm. Loeperi, de aucto-
ritate A. C.
21. M. Henr. Christ. Crellii de di-
vinae providentiae vestigiis
in scripturae A. Conf. negotio.
22. Erasm. Parthol. Egerland ad
do Regulam summi numeris
circa A. C. providentia.
23. Andr. Westphalii de duabus
Ponderatione pro studio servatae
A. C. etc.
24. Acad. Francos. Comitia re-
culana in A. C.
25. Geshardi Filii, Vindictae A. C.
26. etud. Vindictae lutheranae.
27. M. Andr. Caroli de Religio-
ne lutherana.

28. C. Trib. Kangis, ecclesiam
lutheranam non schismaticam
esse.
29. Leveni Lintrupii Anglia
plantavit modis lutheranizans.
30. eiusd. sub Heib. Gottfr. Nassio
Gallia multis modis luthera-
nizans.
31. Joh. Kalckmanni proreca refor-
mationis lutheranae tuba de
perpetuo christianorum iubi-
lata. Additus est catalogus
doctorum et professorum theo-
logiae in academia Witteber-
gensi.

F r a n c.



W.

ADNUENTE
SUPREMO NUMINE,
LUTHERUS
Reformator,

In
INCLUTA ACADEMIA,
WITTEBERGA,

PRÆSIDE

Perquam Reverendo Excellentissimoq;

DN. JOHANNI SCHARFIO,

Doctore Theologo, & Professore Publ. celeberrimo,
itemq; Elect. Alumnorum Ephoro &c.

Domino, Patro ac Praeceptore devenerando.

IN ACR0ATERIO THEOLOGICO

A. d. XXI. Februarii A. S. c15 15 C L.

ad publicum Examen

P. P.

Centif. Lublar. p. 919.

M. NICOLAO GREFIO, FREIBER-
GA-HERMUNDURO.

Typis MICHAELIS Wende.

4an 80 A 8946 VOBIS R

VESTRÆQUE GLORIÆ,

VIRI

Reverendissime, Magnifici, Amplissimi,
Consultissime.

DN. JACOBE WELLERE,

Doctor Theologe de Ecclesia LUTHERA-
NORUM excellenter merite, Serenissimo ELECTORI
Saxoniae à Consiliis Ecclesiasticis, Confessionibus
sacris, ac Concionibus primariis &c.

DN. BURCHARDE BERLICH

in Wegefary & Zuttendorff &c. JCTE Excel-
lentissime, itid. Potentissimo Elect. Sax. à Consi-
liis & Secretis intimis &c.

PROMOTORE ET EVERGETÆ SUMMI,

PRO

FAVORE EFFUSISSIMO,

QUO NEC OPINANTEM

SÆPIUS LIBERALITER AFFECTISTIS,

GRATUS HABERI CUPIENS,

HOC

OBSERVANTIÆ MONUMENTUM

LUBENS MERITO

WITTEBERGÆ

EXSTRUIT

M. NICOLAUS GREFIUS, FREIB.

AUTOR RESP.

✠: ܕܘܨܘܪܐ ܕܡܪܝܢܐ

DISSERTATIONIS
De
REFORMATIONE
B. LUTHERI

ΕΙΣΟΔΙΟΝ.



*V*etus religio est, natales non modo virorum ingentium colere, sed obitus quoque venemibiter recordari. Idipsum & ego observaturus instante hęc XII. Kalend. Martij die, qui in antiqua rerum Romanarum historia Festorum solennitate & aliquot Triumphis est nobilitatus; de quibus nunc quidem ut dicam explicatius, institutione non permittit. Sufficiat mihi, obiter mentionem rerum istarum iniecisse, & hac ratione quemvis excitasse, ut quotidie veteris alicujus historiae, quae vel delectet, vel informet, recordetur. Nostrum sanè Majorum memoriã diem, quo de mentio facta, celebrem fecit in ECCLESIA nostrã B. MARTINUS LUTHERUS, Germaniã nostrã *Propheta*, ecclesiarum sinceriorum *Evangelista*, hujus *Academia*, quae non Saxoniã duntaxat, sed rotius Orbis illustre miraculum est, *Parens & Praceptor*: qui annis abhinc C IV. ISLEBIÆ, quae ejus natale solum, modò dictæ Mensis die, facillimum beatissimumque vitæ sortitus est exitum, h. e. de Antichristo & filio isto perditionis abs se, per Spiritus Sancti operam, devicto gloriosissimè triumphavit, & titulum illum omni jure sibi debitum in Christiana Republ. invenit:

PESTIS ERAM VIVUS, MORIENS TUA MORS EGO PAPA.

Historiã docent, ab U. C. ad *Vespasianum & Titum* Imperatores, devictis debellatisque nationibus ab ultimo Orbe, Romanos in exemplar omniũ magnarum virtutum natos per tot secula,

A 2

Venerand.
Acad. Senior
BUCHNERUS.

Dempsterus
in Rosin. &
Eberus in
Calend.
Rom.

2. Thess. c. II.
vers. 3.

Fran. Modij
Pandetta
triumphales
Francos.

viginti 1586. fol.

Caroli Sigonij Fasti Con-
 fulares ac Triumphi a-
 Et à Romulo Rege usq; ad
 Tit. Casarem Francos. e-
 dit. 1593. fol. Apoc. XII. 9.
 Dan. c. XI, 36.

Nazianz. in
 Jambis.
 Thomas de
 Aquino.

viginti supra trecentos egisse triumphos. Sed quid omnes isti triumphi, si cum hoc LUTHERI componantur? quid nationes & populos ab extremo terrarum orbe à Romanis devictos memorabimus? LUTHERUS eum devicit, qui teste Spiritu Sancto totum mundum seduxit. Mundum autem qui seduxit? immo eum, qui est superextollens ac efferens semetipsum super omne Numen: adeo ut in templo DEI sederit, præ se ferens se esse DEUM. De hujus ergo LUTHERI singularissimo Reformationis opere, orthodoxorum Theologorum, meritissimorumq; nostrorum Præceptorum vestigia pressè secutus *quædam hic adponere animus est.* Ne verò omisâ *Ἐξέλιξις* nostræ methodo extra limites circumvagari videamur, hanc facimus *περατωσίαν*: I. *Τομὴ* seu SECTIO contineat Reformationis *προδμήγησιν* seu Antecedentia de ejus ἀνάγκη, cujus causa (1) impulsiva: Corruptus Ecclesiæ status. (2) promovens: Prædictio. II. SECTIO *δήγησιν* Concomitantia de Reformationis ἀφορμῇ, quæ rancida indulgentiarum mercatura. III. SECTIO *Ἰσθμὸς* seu acta ipsa & Consequentia, utpote de Reform. (1) Causa efficiente *θεοκωπηκία*, quæ DEUS. (2) Causa *ὀργανικὴ* secundariâ, quæ LUTHERUS. Cujus notanda (α) Vocatio, & (β) Doctrina, quæ scripturis consona. IV. SECTIO contineat quæstiones, Theses nostras illustrantes: Cùm verò *δέχνη ἀπάντων καὶ τέλος θεῶ ποιῆν θεῖν*, mente devotâ ingemiscimus: Creator ineffabilis, Domine noster & DEUS noster, qui verus fons luminis ac sapientiæ ducis, atq; supereminens principium, infundere digneris super intellectus nostri tenebras tue radii claritatis, duplices à nobis removens tenebras, peccatum scilicet & ignorantiam, in qua nati sumus. Tu qui linguas infantum facis disertas, linguam nostram erudias, atq; in labia nostra gratiam benedictionis tue infundas. Da nobis intelligendi acumen, retinendi capacitatem, interpretandi subtilitatem, addiscendi facilitatem, & loquendi gratiam copiosam; Ingressum dirigas, egressum compleas per CHRISTUM Dominum nostrum, Amen.

SECTIO I.

Reformationis *προδμήγησιν* continens.

Vid. Hist.
 Magd.

I. Gregorius Magnus Pelagij II. Pontificis LXIV. anno Christi 10 XCI successor, miserrimum suorum temporum statum contem-

contemplans in hanc prorumpit exclamationem: *O tempora! ô mores!* Ecce cuncta in Europa partibus Barbarorum juri sunt tradita. *Destructæ urbes, eversa castra, depopulata provincia; nullus terram cultor inhabitat; seviunt & dominantur quotidie in necem fidelium cultores idolorum.* Id verò ipsum quàm convenientissimè in nostra congruat tempora, magis quàm notissimum est. Nemo tamen inficiabit, multò tristiores fuisse seculi faciem sub plusquam Cimmeriis Papatus tenebris ante LUTHERUM.

II. Postquam enim sacer Apostolorum chorus (*utur verbis Hegesippi, qui quinq; libros accuratissimos de doctrina Christiana composuit, & Romæ usq; ad tempora Aniceti mansit, teste Eusebio. Vixit anno Christi 167. sub Imper. Marco Antonino; (vid. Hornei Comp. Hist. Eccl. Lib. II. C. V. p. 153.)*) diverso mortis genere vitam finit, præteritq; illorum ætas, quibus à Christo donatum erat, ut auribus divinam ipsius sapientiam coràm acciperent: tum primum falsa & veteratoria impij erroris conspiratio per fraudem eorum, qui doctrinam à veritate penitus alienam disseminare laborârunt, initium cepit. Qui deinde nullo jam ex Apostolis reliquo, nudato (ut ajunt) capite sincero veritatis sermoni falsam & commentitiam doctrinam ex adverso opponere sunt ausi.

III. Hinc ex una parte hæreticorum turmæ, ex alterâ Philosophorum scholæ, Ecclesiam inertem jam & imparatam adortæ sunt. Defuerunt enim apud nostros (ut lactæ eloquentiæ Pater conqueritur) idonei peritiq; Doctores, qui acriter errores publicos redarguerent, qui causam omnem veritatis ornatè copioseq; defenderent. Provocavitq; quosdam hæc ipsa penuria, ut auderent scribere contra ignotam sibi veritatem.

IV. Accessit insuper & illud malum, quòd Romani Pontifices ultra Sacerdotii limites ad externum dominatum progressi procederent vehiculis insidentes, circumspectè vestiti, epulas curantes profusas, adeò ut eorum convivia regales superârint mensas: quemadmodum notavit, *homo à nostra religione alienus Ammianus Marcellinus; hac etiam additâ animadversione; Potuisse eos esse beatos reverà, si magnitudine Urbis despectâ, quam vitii opponunt, ad imitationem Antistitum quorundam provincialium viverent; quos tenuitas edendi potandique parcissimè, vilitas etiam indu-*

Cent. VI. cap. 10. pag. 676. & c. & ex illis Osiand. Cent. VI. Hist. Eccles. p. 241. & p. 285. Gregor. Registr. Lib. IV. Epist. 32. & 36. Hegesip. apud Eusebium Lib. III. Hist. c. 32. & Niceph. Lib. III. cap. 16.

Lactantius Lib. V. divin. Instit. Vixit anno Christi 290.

Marcellin. Lib. XXVII. p. 408. Edit. Lugduni 1591.

Ostend.
Cent. IV.
Hist. Eccles.
p. 374.
Baron. An-
nal. Tom.
IV. anno
327. §. 32.
Ostend.
Cent. XI. p.
150. 154.
Lib. Decret.
Dist. 63. in
Synodo, Leo
Pap. 4.
Sacrar. Ce-
remoniar.
Rom. Eccles.
Lib. I. Sect.
8. cap. III.
Gerb. Tom.
VI. Loc. p.
394. Edit.
Jenæ 1619.
I. Sam. cap.
II. v. 8.

Sixtus V.
Constit. 50.
de creatione
Cardinalium.
Hortled.
Tom. I.

mentorū, & supercilia humum spectantia perpetuo Numini
verisq; ejus cultoribus velut puros commendant & verecundos.
Hacpropter non immeritò Magnus Basilii, (qui vixit anno
Christi 369.) hanc severam de Ecclesia Romana dixit sententiam:
Odi fastum illum Ecclesie.

V. Et quemadmodū olim electio Papæ penes Imperatorem &
populum Romanum erat, ita exclusis utrisq; æmuni, *Cardinalium*
nomen in pretio esse cepit, eorumq; principatus est exortus, quin imò
ad solos Cardinales electio Pontificis est delata. Adponimus huc
formulam in creatione Cardinalium à *Pio II.* usurpatam, quæ à
se creatos Cardinales affatus esse dicitur: *Maximè, dilectissimi Filij,*
& excellentissimi à dignitate donati estis: ad Collegium Apostolicum voca-
ti, consiliiarii nostri & consudices Orbis terrarum (inferni forsan) *eritis:*
R & G U M *similes eritis veri mundi Cardines, super quos militantis o-*
stium Ecclesia volendum ac regendum est.

VI. Hanc Cardinalatus eminentiam omninò rejicimus, quia
stramineis planè nititur rationibus, quas indignas esse judicavi,
quibus Lector tempus perderet. Quicquid etiam hæc dignitate il-
lustris purpuratorum chorus contra reponat, quos inter *Bellarmini-*
nus, qui pluribus Cardinalitiam dignitatem, antiquitatemq; ejus
conatur defendere in suis scriptis; & *Archiepiscopus Cameracensis*
Petrus de Aliaco, (in *Tract. de Eccles. & Cardinal. autoritate Part. I.*
Operum Joh. Gersonis ejus discipuli. Edit. Paris. anno 1606. col. 899,
900. qui falsissimè illud Propheticum: *Domini sunt cardines terræ,*
& posuit super eos orbem: ad stabilendam hanc à Pontifice effectam
dignitatem, adducere non erubescit.

VII. Cū itaq; Romani Pontifices se ipsos supra omnes Re-
ges efferrent, etiam membra sua (puta Cardinales illos throni Pa-
palis Patres conscriptos) supra Principes omnes eveherent, atque
Cardinalatus celsitudinem ac splendorem *dignitati REGIÆ*
cōpararent, magna exinde in Romana Ecclesia orta fuit confusio,
& status illorum temporum deploratissimus est visus. Itaq; non
defuerunt plurimi præstantes, pii & eruditi viri, qui de abomina-
tionibus & Pontificijs abusibus conquesti doctrinam Romanæ
Ecclesie

Ecclesiæ gravi quadam Reformatione indigere fasfi sunt con-
stanter.

IIIX. Quasdam harum querelarum huc adponere non pige-
bit. De Roma sede Pontificiâ *Bernardus Morlanensis*, ex Clunia-
censium ordine Monachus ita canit:

Fas mihi scribere, fas mihi dicere, *Roma peristi*;
Obruta mœnibus, obruta moribus occubuisti.
Urbs ruis inelyta, tam modò subdita, quàm prius alta,
Quo prius altior, hoc modò pressior, & labefacta.
Fas mihi scribere, fas mihi dicere, *Roma ruiisti*;
Sunt tua mœnia vociferantia, *Roma peristi*.

IX. Eodem modo & *Honorius Augustodunensis*, *Ecclesiæ Presby-
ter & Scholasticus*, in sacris & profanis literis (pro ratione illius se-
culi) insigniter doctus, in Dialogo de Prædestinatione & libero
arbitrio, sui temporis depingit Babyloniam: (vixit circa annum
1120. *B. Gerhard. Conf. Cath. Tom. I. p. 98.*) Intuere Principes & Judi-
ces; ecce posita est in eis bestię sedes. Omni tempore ad malum
sunt intenti, semper negotiis iniquitatis inexplebiliter occupati;
flagitia non solum faciunt, sed & alios facere instruunt. Sancta
vendunt, scelerata emunt: totis viribus laborant, ne soli ad tartara
veniant. Verte te ad Clerum, & videbis in eis bestię tentorium,
DEI servitium negligunt, terrenis lucris inserviunt, Sacerdotium
per immunditiam polluunt &c. Contemplare & monachorum
conciliabula, & videbis in eis bestię tabernacula. Per fictam pro-
fessionem DEUM irridentes, iram ejus provocant; normam regu-
larem moribus & vitâ caleant, per habitum seculum fallunt, mul-
tos deceptos ipsi decepti decipiunt: secularibus negotiis impliciti
sunt, in DEI servitio desides existunt. plerique illorum gulæ &
illecebris dediti sunt, quidam in immunditiæ sordibus com-
putrescunt.

X. *Alvarus Pelagius*, *Episcopus Sylvensis Lib. II. de planctu Ecclesiæ*
art. XV. postquam primorum Romæ Episcoporum laudes decan-
taverat, ita de eorum successoribus conqueritur: successerunt,
jam sunt multa tempora, successores eorum autoritate, sed dissimi-
les sanctitate: Romano Pontificatui se ingerentes, procurantes,
utinam

c. XXVII.
p. 101. §. 9.
edit. *Frm-*
cof. 1617.
Lib. III. de
contemptu
mundi. E-
dit. ab Eil-
bardo Lubi-
no anno
1607. *Gerb.*
Conf. Cath-
Tom. I. p.
136.
Honor. dis-
log. ad calcē
II. Tomi
Auctarij Bi-
bliotheca
Patrum
edit. Paris.
anno. 1610.

Vixit circa
annum
Christi 1120.

utinam ante promotionem non pacificentes, conveniētes, & promittentes cumulantes absq; mensura, parentes ditantes & exaltantes; & consanguineos promoventes, in delitiis viventes, amicos dignificantes, plurimumq; alios conculcantes, in Babylonia h. c. ROMA secundum Hieronymum, turres & palatia ædificantes, guerras nutrientes, partem tenentes in Italia, cum sit una Ecclesia, bona Ecclesiarum dissipantes, indignos promoventes, in curribus & Elephantibus & dextrariis, preciosis vestibus & familia amplissimâ, militem & Baronum armatorum & in mundi potentiâ gloriāntes; temporalium Dominorum aliquoties terminos invadentes, de salute animarum parum curantes, & quid plura? quæ carnis sunt sapientes.

Floruit anno
Christi 1339.
Osiand.
Cent. XIV.
Hist. Eccles.
p. 421.

Libri Epistol
larum sine
titulo Tom.
II. p. 800.
Edit. ut
supra.

XI. *Franciscus Petrarca*. Canonicus Patavinus, bonarum literarum restaurator, & ob eloquentiam laureâ poeticâ Romæ in Capitolio donatus, Idibus Aprilis anno 1341. *Vid. Tom. III. de recepta Laurea Epistolam V. seu ultimam p. 1254. Edit. Basilea cl. 13 LIV.* Hic scriptis suis gravissimè in impietatem & scelera Pontificiorum invehus est, & in Pontificibus Romanis Antichristum agnovit & prodidit. Observatu autem dignissima sunt verba, quæ existant in *Epistola XIV.* quando inquit: Novi expertus, quod Romæ nulla sit pietas, nulla caritas, nulla fides, nulla DEI reverentia, nullus timor, nihil sancti, nihil justî, nihil æqui, nihil pensî, nihil deniq; vel humani. Amor, pudor, decor, candor inde exulant, de veritate quidem sileo. Nam quis unquam vero locus, ubi omnia mendacii plena sunt, aër, terra, domus, turres, vici, atria, porticus, vestibula, aulae, thalami, tectorum laquearia, murorum rimulae, diverforia ædium, penetralia templorum, judicum subsellia, Pontificum ædes.

XII. Sexcentas hujusmodi querelas ex variis autoribus afferre operæ quidem precium foret non contemnendæ, sed prolixioris & ab instituto nostro remotioris. Plura ergo qui cupit evolvere, adeat *Responsa S. Rom. Imperij Ordinum in Comitibus Norinbergensibus cl. 13 XXII.* Francisco Cheregato Fabriānensi Episcopo, Adriani VI. Pontificis Romani Legato data, apud *Hortled.* de Causis Belli Germanici Tom. I. Cap. I. fol. 7. 23. *Petri Spavis Polani Historiam Concil. Tridentini Lib. I. p. 30. fac. a. edit. Francof. cl. 13 C XXI.*
Goldasti

Goldasti Collectiones Constit. Imperial. Tom. I. fol. 15. 150. 217. 420. 447. 581. edit. ib. clō Is C XV. Tom. II. Edit. Hanoviae fol. 96. 119. 211. 226. & 375. *Joh. Wolffii* JCTI. Lctionum memorab. centenarios XVI. duobus Tomis comprehensos, edit. Francof. clō Is CXXV. *Francisci Petrarcho* Epist. XVII. Libri sine titulo p. 803. Tomi II. & Lib. IX. de rebus senilibus pag. 934. Lib. X. p. 963. ejusd. Tomi, edit. Basileæ clō Is LIV. *Platina* Historiam de Vitis Pontificum Romanorum cum supplemento Onuphrii Panvini & Antonii Cicarella usq; ad Paulum V. edit. Colon. clō Is C X. in 4. *Theodorici à Niem* Welfphali, Secretarii Apostolici, & tandem Episcopi Verdenfis Historiam sui temporis, ejusdemq; continuationem, Francof. clō Is CXX. in 4. *Nicolai de Clemangis* Librum de corrupto Ecclesie statu, Helmstadij clō Is C XX. in 8. Et plures alios, quos citat Theologus omni laude major B. GERHARDUS Tom. I. Conf. Cathol. Part. I. Cap. IV.

XIII. Jam ad alterum primæ sectionis membrum properandum, ubi nonnulla de *Reformationis Causa promovente*, puta prædicatione, dicenda veniunt. Plurimi namq; haud infimi subfellii homines Spiritu Prophetico impulsî, vel certè argumentis minime dubiis persuasi prædixerunt Reformationem jamdudum anxii desiderii expectant, tandem securam.

XIV. Missis nunc Spiritus Sancti Oraculis, quæ *thesi XX.* recensenda venient, aliarum Prophetiarum recordationem non quasi ignotarum, sed semper prædicandarum in memoriam revocabo. Doctrinâ, famâ, sinceritate & Martyrio nobilis est jamdudum insignis ille DEI Confessor JOHANNES HUSS; qui cum diabolicis Romanensium dogmatibus intrepido invicto que zelo resisteret, articulos & decreta (*Apostolica Apostatica inquam*) ad veritatis æquilibrium appenderet, tyrannidem Pontificum crudelissimam heroico spiritu oppugnaret, oppugnatam publicè coram universis sacrificulis in Concilio Constantiensi anno Christi clō CCCC XIV. defenderet, ad rogam tandem & ad cineres contra datam ab *Imperatore Sigismundo* fidem, sceleratissimâ Episcoporum Papalium perfidiâ, *a. d. 11X. Julij anni sequentis* damnatus est; Quam poenam patienter subiturus coronidis vel Testamenti quasi locò tum convasatis illis rasis fraterculis Prophetiam egregiam legavit

Osiand. Hist.
Eccles. Cent.
XV. p. 470.

legavit inquit: *Macti, mactate, urite, exoffate nunc anferem*, (ad nominis sui Bohemici Etymologiam respiciens) *aderit vobis annis abhinc C. Cygnus, cujus vocem inviti audire cogemini: ad quem com- burendum universa vestri potentia, quanta sit, nunquam sufficere poterit.*

Gerh. Conf. De eodem HUSSO Treutlerus eleganter canit:

Cath. Tom. I. p. 149.

Anfer eras, & te Romana caterva cremabat,
Quòd nimis obstreperus Pontifici anfer eras.
At tua vindicias habuerunt fata, repertus
nempe fuit, quem vox summa canebat, olor.
Ignis Corpora saCra saCra ConsVMserat HVSI,
post HVsVM CœCo CyCnVs In orbe CanIt.
Constantem inconstans Constantia sustulit HUSSUM,
pro Christo ardentem cùm subit ille rogam.
Anni abeant centum, causam Christoq; mihiq;
dicetis, cygnus cùm anferis ultor erit.

XV. Huic vaticinio licet nonnulli Pontificulorum multis modis contradicere satagant, idq; in *Hussi* operibus ab ipso vivo editis nusquam scriptum inveniri adferant. Iis tamen hoc reponimus responsum: *non licere argumentari ab imperitia, ruditate & ignorantia ad Historiam falsitatem.* Testem producimus oculatum *Poggium*, qui ipse supplicij seu executionis spectator in Epist. ad Leonem Aretinum hujus Historiæ meminit. Alij ipsum hæresicos damnatum fuisse prætendunt, sed contra omnem Historiæ fidem.

B. Gerhard. Conf. Cath. Tom. I. pag. 108. Dresserius in Millenario V L. p. 40 & ex hoc Osiand. H. E. Cent. XVI. pag. 14.

XVI. *Andreas PROLES* Lipsiensis, Theol. D. Augustiniorum Provincialis *A. C. cl. D. XII.* inter prælegendum dicere fuit solitus: *O fratres! res Christiana opus habet forti & magnæ reformatione, quam quidem jam prope instare video.* Quærentibus fratribus quare ipse non inciperet reformationem, ac erroribus se opponeret? respondebat: Videtis fratres, me esse ætate grandævum, corpore & viribus debilem, & agnosco, me non esse præditum tantâ doctrina, industria & eloquentiâ, quantam hæc res postulat; sed excitabit DEUS Heroem, ætate, viribus, industriâ, doctrina, ingenio & eloquentiâ præstantem; qui reformationem incipiet, erroribusque se opponet, ei DEUS animum dabit, ut Magnatibus contradi-

contradicere ausit, & ipsius ministerium salutare DEI beneficio comperietis.

XVII. In theatrum quoq; producemus magnum illum veritatis Evangelicæ testem *Hieronymum Savanorolam*, Monachum Dominicanum; de eo fide digna apud Scriptores candidos exstat relatio. Quòd cum ex instinctu DEI rer Opt. Max. horrendas papaliū idololatrarum blasphemias, magnā animi constantia adgrediendo, easdem concionibus ac scriptis suis invictissimè confutādo, hinc vivus *Florentiæ jussu Alexandri VI. Pontificis* anno Christi c15 cccc xcix. igni adjudicaretur, nihilq; certius quàm supplicii decreti executio expectanda extimescendāq; ipsi esset; sæpius ante perpeßsum Martyrium prænunciaverit: *præ soribus imminere nativitatē ejus, qui Papatūs horrendam idolomaniam intrepidè adoriturus, DEI institutum opus sine ullo impedimento expediturus sit.* Hujus Vaticinij solennitas tantò in LUTHERO elucescit evidentius, quantò majori odio semper Romanensium caterva eum persecuta est: Splendor nimirum veritatis ipsos adversariorum oculos perlustravit. Hoc enim ipso anno, quo sanctissimus Martyr nativitatē Reformatoris cujusdam imminere prædixit, nascitur LUTHERUS.

XVIII. Accedit Isnacensis Monachi, spectatæ sanctimonix viri, *Johannis Hiltē*, cujus in Apologia A. C. titulo de Votis monasticis honorificentissima sit mentio, testimonium. Hic animam Papatūs, Missam videl. execratus, & sacræ Domini nostri JESU CHRISTI Eucharistix sub utraq; specie usurpationem expetens, durissimò perpetuoq; unicam hanc ob causam carcere multatus, & ut quidam referunt, fame enecatus est. Hic imperterritus carceris sui constituto præsi (*Guardiano*) sanctā fide inculcavit, *annum c15 15 XVI.* ejusmodi virum laturum, qui Monasteriorum fraudes, papisticas stupiditates, Pontificum insatiabilem ventrem ad stuporem, ad miraculum, ad necem usque propugnaturus sit.

XIX. Idem vaticinatus est præter celeberrimum Doctorem *Johannem Geilerum Keisersbergium*, Contionatorem Argentinen- sium primarium (*qui obiit a. d. X. Martij c15 15 X. etatis LXV.*) Monachus ille, sed non Missaticus, in Cœnobio Steinlaufick (prope

p. 39. *Gerb.* oppidum Bitterfeld sive Pieropœdion, ut Sabinus adpellavit)
Conf. Catb. Doctor Fleck, qui Academiam hanc WITTEBERGENSEM
Tom. I. p. 132. A. C. c. 13 II. recens natam FRIEDERICI SAPIENTIS auspiciis concione publicâ initiavit, & varidico Spiritu ab hoc ALBO MONTE (Weissenberg vel Bitterberg) orbem Christianum sapientiam esse mutuaturum prædixit.

XX. Verum ab his testimoniis progressum facimus ad ea, quæ de LUTHERO ipse Spiritus Sanctus in sacro Codice protulit, deq; secuturo Reformationis opere quasi prædixit per os Prophetarum & Apostolorum; Hujusmodi Vaticinia occurrunt *Dan. XI. 44.* *II. Thessal. XI. v. 44. 2. Thessal. c. II. 8. Apoc. XIV. v. 6. & XIX. v. 1.* In his vaticiniis Antichristi revelatio & ipse revelans promittitur. Uterior rem horum locorum explanationem videre quisvis potest apud nostros Theologos: B. D. GERHARDUM *Tom. VI. Loc. Theol. p. 210. edit. Jenæ 1619. Tom. II. Conf. Catb. p. 754. p. 796.* in notis Apocalypsicis p. 110. p. 143. D. GISENIUM in *Papiano Diss. II. X. th. 68. seqq.* B. D. MARTINI in *Partit. Diss. XXX. th. 161. seqq.* B. D. WILHELMUM LYSERUM in *Locis Theologicis*, [quos nisi AUTORIS fatum intercessisset, forsâ lux publica maximo cum Studioforum emolumento vidisset] num. 360. Dn. D. HULSEMANNUM in *Breviario extenso p. 469. seqq. in Diss. VII contra Hagerum p. 281. & Diss. XIX. p. 1063.* D. Nic. HUNNIUM in *Diss. de Signis veri falsiq; Doctoris Ecclesie Part. II. th. 7.* D. MEISNERUM in *Diss. de Demolitione murorum Babylonicorum th. 58.* Nec obstat, quod his in vaticiniis Lutherus non expressè nominetur, nam neque Jesum Nazarenum quisquâ Prophetarum dixit Messiam: neq; Antichristi nomen uspiam expressum: Vult autem DEUS talia nos cognoscere ex vaticiniorum eventu, ejusq; circumstantiis, loco, tempore, alijs.

Gerb. Tom. VI. Loc. Th. p. 215.

SECTIO II.

Reformationis dynam continens.

XXI. Causas ad Reformationis opus impellentes plures adferre possem, utpote corruptelas doctrinæ in Ecclesia Romana publicè grassantes & immoderata Papalis potestatis præconia; quibus de

bus de elegantissimè *Erasmus in Epist. quadam*; Spectandi, inquit, in primis sunt mali hujus fontes. *Mundus oneratus est constitutionibus humanis, oneratus est opinionibus & dogmatibus Scholasticis, Tyrannide furtum Mendicantium*, qui cum sint satellites sedis Romanae, tamen eo potentiae ac multitudinis evadunt, ut ipsi Romano Pontifici, atq; ipsis adeo Regibus sint formidabiles &c. Hæc opinio moverant animum Lutheri, ut primum auderet quorundam intolerabili impudentiæ se opponere.

XXII. Ansam quoq; Reformationi haud ultimam præbuisse videntur *corruptissimus Ecclesia quoad mores status, insensitas, docendi muneri præsectorum*; quo de Lutherus sapiens, & ipsimet ad verlatij in suis publicis Scriptis loquuntur: Scatuisse scilicet Clerum multis abominandis vitiis, quæ nullâ Prælatorum severitate castigata fuerint, (verba sunt *Laurentii Surii*) Malitia abundabat & nunc proh dolor! in tantum abundat, (inquit *Alphonsus de Castro*) ut evenisse experiamur, quod Propheta Hoseas dicit: *Maledictum & mendacium & homicidium & furtum & adulterium inundaverunt, & sanguis sanguinem tetigit.* Jacebant quoq; tum temporis Apostolorum Canonum, imò verbi DEI oraculorum decreta, conculcabantur, siebant flocci, imò nihili; & hæcce lugenda Pastorum negligentia pariebat. Plura vid. *Tom. 1. pagin. 162. seqq. Conf. Cath. Gerhardi.*

In Comment. Hist. Eccles. edit. Colonia 1571. in fol. Lib. 1. adversus hæreses Cap. 12. Hos. c. IV, 2.

XXIII. Primariam tamen Reformationis Evangelicæ occasionem fecere *Indulgentia Papales*, nimis licenter à Pontificibus concessa; quæ quia pecuniæ tantum à mortalibus extorquendæ causâ concedi notum erat, magnam plerisq; in locis indignationem offensionemq; excitârunt, & præsertim in Germania, ubi à multis ex Pontificis ministris hujusmodi mortuos poenis liberandi facultas parvo precio vendi, vel in cauponum tabernis aleæ subji-ci cernebatur.

XXIV. Auxit hanc indignationem nimium indulgens *Julij II. successor LEO X.* cui antea nomen fuerat *Johannes de Medicis Florentinus*, ex illustri familia Medicea ortus, vir ad erogandas (ne dicam profundendas) quàm ad corrogandas ac quaritandas pecunias multò pronior. Hic cum Anno clō Is XIII. sedem bestiae ascendisset, & vix sperare auderet se Jubilæi contracti terminum ad

Cochleus in Lib. de actis & Scriptis Lutheri p. 3.

*Ofand.
Cent XIII.
p. 402. ali-
quot citat
Autores.*

*Vid. Diplo-
ma, quod
habetur Ex-
travag.
comm. Lib.
V. tit. 9. de
Pœnit. & re-
m. ff. Cap. II.
Unigenitus.
Orosius
Tom V.
Conc. de hoc
Jubileo.
Vid. Luth.
præfat. in
Cap. XII.
Daniel.*

annum Christi cl̄o Is XXV. adsequi posse. (*Tempus enim Jubilei Pontificij, quo plena peccatis indulgentia promittitur, in Papatu est varium & mutabile.* Nam quantum ex probatis constat Historicis, *Bonifacius VIII.* antea *Benedictus Cajetanus* adpellatus, jubileum annum primus post Mosaicum instituit, anno post natum Christum cl̄o CCC. ac CENTESIMO quoque anno observari mandavit, omnibusq; tum limina Apostolorum Petri & Pauli visitantibus, plenam delictorum omnium remissionem concessit (teste ipso *Clemente IX.* in Bulla Latina anno cl̄o Is XCIX. d. XIV. Cal. Junij ad annum Jubileum cl̄o Is C. evulgata) & sic juxta *Bonifacij* Bullam quatuor modo celebrata esse oportuit. Sed *Papa Clemens VI.* antea *Petrus Rogerius* nuncupatus, Jubileum à centesimo in QUINQUAGESIMUM reduxit, ipseque primus Romæ A. C. cl̄o CCC L. celebravit Jubileum secundum. Hic *Papa Bullam* suam *Angelis sanctam esse voluit*, cum hac indictione, ut animas in itinere morientium vereq; contentium plenariè à Purgatorio absolvant, confestimq; Paradiso invehant. Interea, præter alias Jubilei variationes ad annum hunc & illum, *Papa Sixtus IV.* aliàs *Franciscus Ruerius* anno cl̄o CCCCLXXI. post *Paulum II.* *Papa* factus, ad arma potius quàm religionem natus, Jubileum in annum XXV. reduxit & celebravit ipse primus anno cl̄o CCCC LXXIV. alij LXXV. quod etiam *Gregorius XIII.* fecit. (*Vid. Extravag. Gregori Dominus ac Redemptor, qua indicitur sanctus Jubileus pro anno cl̄o Is LXXV.*) Et hic status annorum ordo hucusque duravit per CLXXV. annos, ad hunc annum Christi cl̄o Is CL. qui sacer Jubileus est *hodierno Antichristo INNOCENTIO X.* (cui antea nomen fuit *Johanni Baptista Pamphilo*) per *Satanæ* gratiam a. d. XV. Septembr. Anni cl̄o Is CXLIV. ætatis suæ LXXII. ad fastigium Romanum erecto, quem supervixisse *ἡγοῦντες ἡγοῦντες* est maximum *ἡγοῦντες ἡγοῦντες*; neque ambigendum, quia *Nundinator hinc sanctissimus* merces suas idololatrias & horrendas Orb. hodiè exponens innumerum hominum numerum fraudibus & imposturis suis sit decepturus, illosq; auro, argento, omniq; lapide pretioso fraudulenter, tanq. insignis impostor emundurus, quò mox *Charonti* per tres Purgatorij cellas illum ad *Plutonia* damnatorum regna transvehenti exquisitius nauticam queat solvere.)
Jam ex

Jam ex diverticulo in viam redeo: Novo exemplo *Leo X* anno cIs Is XV. & cIs Is XVI. missis per omnia regna Quæstoribus eandem gratiam, quæ in Jubilæo peregrinationem Romam suscipientibus concedi solet, tunc extra Jubilæi terminum pro pecunia positæ publicè in Ecclesia citis seu ararijs, venalem exposuit.

XXV. Indulgentiarum verò Commissarij in mandatis habebant, ut sub specie fabricæ Basilicæ S. Petri, à Sylvestro circa annum Christi CCC XXX. Romæ in honorem Petri cœptæ, à Constantino Magno renovatæ, postea Pontificum aliorum decreto continuatæ pecuniâ omnimodis technis à Laicis tunc temporis in Germania simplicioribus extorquerent, quanquam notum esset, ad dictæ fabricæ consummationem prædecessorem suum *JULIUM Papam* thesaurum reliquisse innumerabilem; Nihilo fecius hæc impostura excogitabatur.

XXVI. Alij Scriptores alias harum nundinationum recensent causas. creasse scilicet *LEONEM* simul & unâ vice triginta Cardinales, à quibus ex pacto quingenta millia aureorum susceperat, pomittens illis grandia. Ast cum de patrimonio D. Petri competenter eis satisfacere nequivisset, omnes tamen juxta conditum ditare & magnificere cuperet, nonnullos horum ad diversas mundi partes cum summis & plenissimis Indulgentijs misit. Et tum temporis Promotor harum in Germania constitutus *Albertus Marchio & Elector Brandenburgensis*, delegatus *Papæ Cardinalis*, titulo *S. Chrysoconi insignitus*, *Archiepiscopus Moguntinus &c.* cui conquirendæ pecuniæ cura indulgentiarumque publicandarum potestas in nostris regionibus commissa à sapius nominato Pontifice erat eâ conditione, ut dimidium prædæ Rom. P. altera pars ad solvendum pallium Episcopale pro Episcopatu nupero (quod sine ingenti summa ducatorum fieri non poterat, nim. 26000. vel 30000. florenorum, ut adnotat ex historia illius temporis, Lutherus) eederet.

XXVII. Cum itaq; Anno Christi cIs Is XVII. ad hanc Pappium Indulgentiarum buccinationem decreto Superiorum deligeretur *JOHANNES TEZELIUS*, Pirnæ ad Albim natus, Monachus Dominicanus seu Ordinis Prædicatorij, homo nequissimus,

Chemnit.
Hist. Conc.
Trid. Part.
IV p 84.

Osiand.
Cent. XVI.
p. 43. Hist.
Eccles.
Paulus Langius in
Chron. vid.
Gerb Conf.
Cath. Tom.
I. p. 165.
Thuanus
Hist. Lib. 1.
pagin. 8.

Tom. VII.
Jen. Germ.
von Luther
rischen
Term.
Chemnitij
Examen

Conc. Trid.
Parte IV.
p. 84. Frin-
cofurti
1585.
Gifen. Pap.
Tom. I.

simus, qui ob adulterium, Oeniponti ante illud tempus ad manda-
tum MAXIMILIANI I. Cæsaris Romani sacco fuisse inclusus,
& aquâ submersus, nisi Saxoniz Elector, Dux FRIDERIGUS apud
Imperatorem pro ipso intercessisset. Hic creatus Commissarius
Apostolicus, & hæreticæ pravitatis inquisitor accedit etiam ad has
nostras provincias jussu LEONIS X. & auctoritate ALBERTI &c.
instructus bullâ, diplomate & literis, ut omnes nostræ Germaniz
urbes peragraret, & indulgentiarum nundinationes extruderet
venales.

Frantzij Diss.
de Indulgen-
tiis habita
1617.

XXIIX. Quia verò *Capella omnium Sanctorum* hujus Urbis,
(hodie Templum Arcis & Academicum vocamus,) anno Christi
c. CCCLIII. super *spina* ex corona CHRISTI *spina* à RUDOL-
PHO ex *Aubaltinorum* prosapia, tunc Electore Saxoniz fundata;
Anno Christi verò c. CCCLXI. ab Academia hujus WITTE-
BERGENSIS fundatore FRIDERICO. III. planè immutata & in
Ecclesiam Collegiatam conversa, BONIFACIUS IX. alias *Petrus*
Tomacellus dictus, ex singulari gratia A. C. c. CCCXCIX. m. Ju-
lio, Indulgentias quoad culpam & poenam concesserat *Affissianis* simi-
limas (*al SS ISTUM* verò est locus *italie* in valle *Spolethane* urbis, unde
orivus fuit FRANCISCUS, JESUS ille Pontificiorum typicus, teste
Archiepiscopo Florentia Antonino) quæ annuatim binis vicibus exhi-
bebantur, ipsa scil. feria primâ post Dominicam Misericordias
Domini. Hæc exhibitio fiebat octo distinctis actibus, actus quæque
ita ut ex quolibet actu visitantes lucrarentur centum dies, & ex vi-
sitatione cujuslibet particulæ reliquiarum, quæ fuerunt monstra-
tæ in Templo ad Arcem, etiam centum dierum Indulgentiam
consequerentur; Deinde biduo ante & biduo post omnium San-
ctorum, ubi visitantes talem accipiebant indulgentiam, qualem
visitantes limina Capellæ S. Mariæ de Angelis apud Asisium, ubi
S. Francisci corpus quiescit. Cumq; tributivus Indulgentiarum
buccinator Tezelius A. C. c. Io Io XVII. multos nostræ Germaniz
perreptans angulos, tandem accederet oppidum *Jutrebocum* ad
quartum lapidem ab hac urbe distans, ibiq; impudentissimo ore glo-
riaretur: Tantas esse Papales Indulgentias, ut solvere possint homi-
nem, etiamsi quis per impossibile DEI genericem violasset, (nimirum à
majori ad minus postea hoc interpretatus, cum peccatum in filiū
hominis,

Vid. Bern-
bardini Ro-
sarium.
Part. III.
tit. 24.
Cap. 2.

Chemnit.
Con. Trid.
l. c. p. 85.
Lush. th. 75.
Con. Teze-
lium.

perreptans angulos, tandem accederet oppidum *Jutrebocum* ad
quartum lapidem ab hac urbe distans, ibiq; impudentissimo ore glo-
riaretur: Tantas esse Papales Indulgentias, ut solvere possint homi-
nem, etiamsi quis per impossibile DEI genericem violasset, (nimirum à
majori ad minus postea hoc interpretatus, cum peccatum in filiū
hominis,

hominis, Mariâ prognatum, etiam possit remitti) It. *Crucem Pa-*
palius insigniter erectam armis, cruci Christi equivalere; it. statim ut *Ejud. th.*
jectus nummus in cistam inierit, evolare animam ex purgatorio. Id. *79.*
circò LUTHERUS, Academia Professor, atq. sic in publico officio *Vid. prafat.*
constitutus has abominandas blasphemias, execrabiles tyrannides *operum Lat.*
& avaritias diabolicas in hac vicinia sub nomine & prætextu sum- *Tom. I.*
mæ gratiæ & misericordiæ erga defunctorum in purgatorio su-
dantes animas auditione accipiens, divino incitatus Spiritu, Pro-
positiones XCIV. de Pœnitentiâ & Indulgentijs prid. Calend. No-
vembris, sive in vigilia omnium Sanctorum Anni cto 15 XVII. (erat
enim istâ die, & quidem circa Vesperas, quas vocant primas ma-
ximus hominum concursus ad Templi Arcis reliquias, quarum
innumerabilis fuit numerus (vid. Liber de his A. C. 1509. hic loci edi-
tus) & Indulgentias) post horam meridianam XII. ad valvas Templi *Franzius de*
affixit, quæ intra XIV. dies omnes totius Germaniæ angulos per- *Interpr.*
volitarunt, uniusq; mensis spacio Romam simul pervenerunt. *Scriptura*
Vid. Luth. Tom. VII. Jen. Germ. Jac. Aug. Thuanus Lib. I. Historiar. *pag. 181.*
p. 7. Edit. Offenbaehij: Sleidanus Comm. de statu Relig. Lib. I. p. I.
seqq. Francof. 1620. Ex his Osiand. Centur. XVI. Hist. Ecc. pa-
gin. 56. &c.

SECTIO III.

Reformationis Causam Efficientem æquarum æquum & secun-
dariam æquarum complectens.

XXIX. More & consuetudine Spiritus S. receptum est, ut si
 quando DEUS aliquid inusitatum & stupendum in populo suo
 operari decrevit, Organum illud sibi delectum & dilectum Vaticinijs
 piorum prius commendare, & Prophetijs ceu voluntatis suæ
 affixis sigillis exornare soleat: id quod in *Helia Secundo, Jobanne* *Malc. IV, 5.*
Baptista, insigni DEI Confessore & Servatoris JESU CHRISTI selecto Pro-
dramo, perspicue videre licet; De eo enim annis aliquot antè centum.
 Spiritus S. per os *Malachia* prædixit, facta, etiam opera & mira-
 cula Johannis futura ceu præsentia demonstravit.

XXX. Simili ferè modo videtur fuisse DEUS in mirabili Ec-
 clesiam suam miseram à fecibus Pontificiorum reformandi propo-
 sito:

sito: dum ex misericordia & *Φιλανθρωπία* erga Christianos afflictos inenarrabili, servitutis jugum ijs adimere, captivitatem Babyloniam solvere & duplicationem laterum plusquam Ægyptiacam radicitus tollere constituit.

Act. c. IX, 3. XXXI. Ad quod præclarum Opus & miraculum planè stupendum *Organo* uti voluit, homine per se ignobili & contempto, **MARTINO LUTHERO**, Monacho Pontificio, & Christi Jesu Servatoris primùm ad Pauli instar adversario; post verò in via Damascena novà h. e. WITTEBERGENSI miraculosè ad fidem veram converso. De hoc quanta extent vaticinia *ib. XIV. seqq.* recensuimus. Minimè vero prætereundem silentio esse videtur, LUTHERUM tum Papistam *primò nequaquam in animo habuisse ipsum densissimum invadere Papatum*; sed potius intolerabilem illum Nundinatorum quæstum, quo Papæ autoritatem imminui posse videbat, aliquo modo abrogare, quemadmodùm *ex Epistolis ad Hieronymum Episcopum Brandenburgicum*, cujus erat ditioni subjectus, *ad Johannem Staupicium* & denique *ad ipsum Pontificem* missis, satis liquet. licèt DEUS totum hoc negotium aliter direxerit.

Neidanus Lib. I. pagin. 2. it. 17.

Ofiand. Hist. Eccl. Cent. XVI. p. 58.

Tom. II. Jen. Germ. f. 71.

Tom. IV. Jen. fol. 540.

Tom. IV. Jen. fol. 540.

XXXII. *Ipsè Megalander* fatetur in admonit. ad omnes Christianos, ut sibi caveant à seditione, inquit: *Es ist ohne mein Bedencken vnd Rathschlag so ferne kommen / es soll auch ohne meinen Rath wol hienaus gehen / vnd die Pforten der Höllen sollens nicht hindern / ein ander Mann ist / der das Rädlein treibet. Alibi. Du weist (& GOTT) das ich mich selbst zu solchen Wercke wieder den Papsi vnd meine Feinde nicht eingedrungen / noch dasselbige gesucht habe / sondern du hast mich hienein bracht / vber vnd wieder meine Gedancken / vnd Wissen / durch ihr vnrühiges toben vnd Blutdürstiges wüten.*

XXXIII. *Laudem* equidem haud vulgarem *meriti sunt* Reverendi *Antecessores* B. nostri **LUTHERI**, Joh. **HUSS**, **SAVANOLA**, alij, quorum supra mentionem fecimus *ib. XIV. seqq.* qui ipsi quoq; Romanæ bestiae caput diminuere, ingravescentem Religionis barbariem repurgare, veritatem que Apostolicam adserere magno studio, magno labore & assiduitate sategerunt. Sed quid oblit, quò minus plenam efficaciam & lætam in ijs omnibus
Coro-

Coronidem desideremus? Malitiosissimâ enim Papæ tyrannide, aqua, ignis, funis, gladibus obicem ipsis posuere & sic inceptum opus ad umbilicum producere interdicto nimis violento virulentotq; prohibuere. Noster verò LUTHERUS non saltem intrepido animo *bestiam* illâ septicipitem *primus aperto Marte adgressus*, & deformati ordinis Papistici reformationem exorsus, sed & eandem felicissima telâ finitam contra Diabolum, contra ejus squamas sacrificulos immo contra omnes inferorum portas absolutissimam dedit: ita quidem, ut qui olim ab omnibus hominibus DEI seu Idoli instar Papa colebatur, nunc ex templis & regionibus nostris validissime sit deturbatus.

XXXIV. David PAREUS quidem in *Controvers. Eucharist. Lib. IV. sub de literis & sententia verborum Domini*, & cum eo filius PHILIPPUS Professor hodiè - Hanovicus in *Reformationis negotio Huldri- X III. pag. ebum Zwinglium expressè præferunt LUTHERO*, verùm contra 206. seq. E- omnem Historiæ fidem. Ipse enim *Sleidanus* autor gravissimus dit. *Heidellb.* in historia Anni clò 15 XIX. *Jac. Aug. Thuanus* in descriptione ge- 1603. storum Anno clò 15 XXV. *Johan. Hein. Alstedius* in thesauro suo *Phil. Pareus* Chronolog. & *Osfand.* in *Hist. Eccl. Centur. XVI. contrarium ma- in Dedic.* nifestò monstrant. Nullus inficias ibit etiam Zwinglium Indul- *Theol. Sym- gentias impugnasse, verùm biennio post Lutherum, anno scil. bol.* clò 15 XIX. cum Pontifex Romanus Indulgentiarum Papalium *Lib. I. de præconem, Samsoneni Mediolanensem, Franciscanum, Tigu- Statu Relig. rum (quod oppidum est ex præcipuis locis Helveticis) mi- de pagin. 29. fisslet; ut Ludovicus Lavaterus in Contróversia Sacram. Hi- Edit. Fran- storia refert. Pareus Senior ipse inquit l. c. p. 207. Docuit & cof. 1610. scripsit inde ab anno clò 15 XXII. (nam citius evulgasse aliquid non Thuan. Lib. legitur) contra *Papistarum humana merita, contra Purgatorium, contra I. Hist. p. 18. Missæ sacrificium, contra Canonem Missæ, contra mutilationem Sacra- Alsted. pag. menti &c.* Et quomodo Zwinglius in impugnatione publicâ Pa- 223. p. 269. patûs primas sibi vendicare potest, cujus fama demum circa an- *Osfand. l. c.* num clò 15 XXIII. ad Romanum penetravit Pontificem? unde *pag 68.* *Adrianus VI.* ad eundem BREVE misit, quod miram & meram spira- *Sleidan. Lib. bat gratiam, cum ab illius Antecessore Leone X. LUTHERUS I. pagin. 30. ferè ante biennium anathematis fulmine percussus esset. Vide sis Osfand. Cæc.**

plura in *Disput. I. Anti-Pareana D. CUNDISII Prof. Jenensis, Patroni mei maximè colendi.*

D. Calov.
tom. Apodi-
Elenco Elench:
in A. C. p. 19.
Bulla da-
mnatoria
Leonis X.
1520. edita
Sleid. Lib.
31. pag. 44.
ib. 49.
Idem Lib. I.
pag. 8.
Idem Lib.
III. pag. 53.
65 p. 61.

XXXV. Merito itaque palma in Reformationis opere debetur soli LUTHERO; Non Zwinglium sed Lutherum ejusq; doctrinam Pontifex LEO X. damnavit mandans omnibus, ut eam defugiant, gravi constituta pœnâ; non Zwinglij sed Lutheri libros jus sit exhiberi & incendi; non illum sed hunc è docendi munere discedere præcepit Papa, intra LX. dies ad sanitatem redire, libros suos abolere, & doctrinam publicè detestari, adjectis his minationibus: nisi pareat sit hæreticus. Nô utiq; Zwinglius rixis & altercationibus à natura perversa nimis advetus, sed inimitabilis constantiæ zelo plenissimus Lutherus Augustam Vindelicorum Anno cl. Is XVIII. vocatus, comm. Pontificis Legato Cardinali Cajetano comparuit, & multum diuq; de Apostasia sollicitatus ne vel latum quidem unguem se discessurum juravit. Nunquam adversus illum sed hunc publicum Wormatiæ decretum anno cl. Is XXI. promulgatum est, quo damnabatur, proscribebaturq; LUTHERUS ut autor Schismatis, ut manifestus & pertinax hæreticus, addito insuper mandato, ut ab omnibus pro tali haberetur, & ut statim post XXI. dies, quos ipsi Cæsar ad reditum è Wormatia concesserat, quisque operam daret, ut illum capiat, captumq; in potestatem suam perducatur &c. Sleid. in locis citatis. Cujus tamen decreti executio per DEI gratiam nunquam successit. *Causas vidè recensitas in Comitibus Norimb. supra citatis.*

D. Gifen.
Disp. de O-
rig. Jesuita-
rum in Pa-
pif. p. m. 81.
Majoris A-
pol. Cont.
Val. Magn.
th. 6.

XXXVI. In hunc tamen Religionis orthodoxæ instauratorem meritissimum B. LUTHERUM nimis invehuntur, eumq; in contemptum adducere alloborant variæ sectariorum turme, sed imprimis pestilentissimum illud hominum Papalium genus, quod à quodam milite Hispano IGNATIO LOJOLA ortum trahit, & duleissimum JESU nomen præfert, ore verò Diaboli loquitur, JESUITÆ, minimè ignari stratagematis illius obsoleti, quo serpens antiquus jam pridem fuit usus, qui sinistros conceptus de viro illo DEI per horum scripta virulenta suggerere non dubitavit, ad hunc scilicet collineans scopum, ut ipsius doctrinæ ab eod. LUTHERO traditæ fastidium concitaret, & rudioribus illum cum doctrina suspectum redderet & exosum.

XXXVII.

XXXVII. Quãquam verò in enarrandis ejusmodi convitijs, quibus proscindunt *Reformatorem nostrum*, aliquot paginas supplere possem, illorũq; integram struicem dare; indigna tamen, quæ hic repetantur, judico, quia *dis x p d u B n bebra 705*; nec est quod multa proferam; æquæ enim veræ sunt ac

nil intra esse oleam, nil extra esse in nuce duri.

Plura verò de his rescire cupidus adire potest Theologi de universa Christi Ecclesia meritisimi, B. GERHARDI *aureum Confessionis Catholicæ Opus* Tom. I. p. 155. a. p. 834. seq. p. 922. seqq. Tom. II. p. 322. seq. p. 1224. p. 1281. Tom. III. p. 199. seq. p. 644. pag. 783. Tom. IV. p. 180. p. 333. seqq. p. 475. seqq. p. 587. it. Dn. D. JOHAN. MULLERI *Lutherum defensum* p. 11. 123. p. 153. p. 220. p. 292. p. 322. p. 392. p. 487. p. 688. &c. D. NIC. HUNNII *Diatriben Theolog. de Signis veri falsiq; Eccles. Doctoris*, Part. I. Th. 70. &c. Part. II. th. 42. &c. B. MEISNERI *Consult. Cathol. contra Lessum* p. m. 408. alios, in quorum Scriptis pessima Adversariorum convitia, puta *impudentissimi Tanneri* (Parte I. Anatomix A. Con: Edit. Ingolstadij cl. Is XIII.) *mendacissimi Jacobi Kelleri* (vid. Lib. cujus Titulus: *Zodtenschweiß D. Heilbrunneri*, Edit. München cl. Is CXIIX.) *pessilentissimi Conr. Vetteri*; *nugacissimi Cochlei* (ita adpellatur à Davide Paro Lib. IV. c. XI. p. 195. Controvers. Eucharist.) *Gretseri*, Laurentij Foreri Jesuyvitæ Dilingani in Lothero Thaumaturgo p. 164. seqq. aliorum nervosissime refutantur.

XXXIIX. *Hactenus ita deviasse quasi sufficet, nunc ad verum ordinem revertamur, de q; felicissimi Reformatoris nostri Vocatione pauca quadam afferemus*, quandoquidem Romanæ Curix Phormiones illam acriter flagellant, eamq; ut vitiosam & nullam damnant, adducentes *duplicem causam*, quia *nec ab Episcopis ordinatus, nec ministris clarus fuisse.*

XXXIX. Mirum verò non est, LUTHERI hostes de LUTHERI Vocatione & Vocationis laboribus suo more, id est, pessimè sentire, cum jamdudum reipsa deprehenderint, quantam noxam regno Pontificio, Reformatoris nostri Vocatio attulerit.

XL. *Admittit ista duplicem respectum: Fuit enim Ordinaria &*

Bellar. Lib. IV. de notis Eccles. cap. XIV.

Id. Lib. I. de Clericis cap. III.

B. Gerhard. Tom. VI.

L. pag. 206. *Extremordinaria. Ordinaria* fuit, ut patet ex literis Anno c15 Is VII. ad ipsum datis. Ordinatus etiã est LUTHERUS modo ordinario & legitimo Presbyter Dominica Cantate *eiusdem anni* ab Ordinario suo Hieronymo Brandeburg. Episcopo, ad decretum Patrum Augustinianorum; uti invitatoriã LUTHERI ad Johannem BRAUN Vicarium Isenacensem *X. Cal. Mai anni dicti* ex Cœnobio Erfordiensis scripta loquuntur. Constitutus est modo legitimo Academia Professor Theologus *a. d. IX. Martij* annò c15 Is IIX. à Johanne STAUPITZIO, Augustinianorum in Misnia & Thuringia Generali Vicario; quam vocationem *Electoꝝ Saxonie* FRIDERICUS Academiae hujus fundator laudatissimus ratam habuit & confirmavit. *Licentiatuꝝ Theologiae* nolens volens ex Casarea Pontificiaq; autoritate pronuciatus est sub Decano ANDREA BODENSTEIN CAROLO STADIO SS. Theol. Doctore (*hic per octennium Doctõꝝ salutatus, antequam Biblia legere inciperet*) Archidiacono Collegij omnium Sanctorum, *a. d. IV. Octobris*, qui Francisco facer, anno c15 Is XII. *In Doctõꝝ promotus d. XIX. eiusdem mensis & anni* ab eodem Decano. Ad quam panegyrim suis quoq; literis, præter literas Vicarij Generalis STAUPITZII, inviravit conventum Erfordiensem sui Ordinis, Epistolã *die Mauritiij sive XII. Septembr.* anni c15 Is XII. datã.

Hunn. Tom. II. fol. 19. XLI. Non ergò ipse LUTHERUS hanc sibi sumsit honorem; sed legitimã vocatione fretus ad docendum accessit, quod sapius in suis testatur Scriptis de certitudine doctrinæ & vocationis suæ animosè dissereus: *Jch bin meiner Lehr gewiß vnd wil durch sie der Papisen vnd der Engel Richter sein. Wer meine Lehr nicht annimpt/der mag nicht selig werden, denn sie ist GOTTES vnd nicht meine &c. Albi: Jch habe meine Lehr von GOTTES Gnaden nicht allein vom Himmel erlanget / sondern auch für einem erhalten / der mehr vermag in seinen kleinen Finger / denn tausend Päpste / Könige / Fürsten vnd Doctores. Sie sollen mir sie auch lassen ewiglich bleiben / des will ich ihnen trotz bieten / in GOTTES Mahnen.*

Tom II. Jen. Germ. f. 119. b. Ib. p. 146. XLII. Passim quoque legitimã suã vocationis mentionem fecit, exindeq; solidam petijt consolationem in tentationibus inquiringens: *Mir ist befohlen vnd aufferleget alsß einen Prediger vnd Doctor/*

Tom V. Jen. Germ. f. 383. b.

Doctor/der darzu gefordert der solle auffsehen/das niemand verführet werde/ auff daß ich dafür könne Rechenschaft geben am Jüngsten Gerichte. *Er in libro: Gloß auff daß vermeinte kaiserliche Edict. sub 1b. fol. fnem:* Ich Doctor Martinus bin darzu beruffen vnd bezwungen / das ich mußte Doctor werden / ohne meinen Danck außlauter gehorsam / da habe ich das Doctor-Ampt müssen annehmen / vnd meiner allerliebsten H. Schrifft schweren vnd geloben / sie treulich vnd lanter zu prädigen/vnd zu lehren: Ober solchen Lehren ist mir das Papstumb in Weg gefallen / vnd hat mirs wollen wehren/ darüber istß ihm auch gangen wie für Augen/ vnd sol ihm noch immer zu ärger gehen/ vnd soll sich meiner nicht erwehren.

XLIII. Planè itaque in sumum abeant Bellarmini calumniae, quando pluribus demonstrare conatur: LUTHERUM omni omnino missione ac legitima vocatione carere, cum neq; extraordinariè à solo DEO, nec ordinariè per Pralatos sit missus. Ead. etiam oberrat chordà Ungersdorffius, quando in gratulatione ad statum Austriae, inquit: Lutherum non fuisse missum à DEO, quod non potuisse dicere, per quod ostium intrarit, id est, à quo & quâ ratione sit vocatus, quod modò ad immediatam modo ad mediatam vocationem provocaret. Sed hoc prorsus negamus: nusquam enim ad immediatam vocationem LUTHERUM provocasse, Pontificius demonstrabit. Nullius etiam momenti est Obiectiuncula Apostatae MULMANI Lipsiensis, Sacerdotis Societatis Jesu Monasterij Westphaliae, quam à suis sociennis centies repetitam iterùm repetit in Libro quodam hoc ipso anno edito, inquit: Si petas quâ autoritate LUTHERUS stabilit suam vocationem & susceptum munus reformandi Ecclesiam, respondebunt quidem alij aliter: sed ultimum tandem fundamentum invenitur in his verbis: clarum est, quod veram doctrinam tradiderit, &c. Lutherum ergo formasse Ecclesiam, eò quod hæc defecisset, & ille haberet doctrinam manifestissimè veram; sic loquitur Lutherus pro Lutero, Calvinista pro Calvino, alius quicq; pro suo magistro, magister deniq; pro seipso. Singulis enim sua doctrina clara, omnis verò alia obscura est. Hæc ille. R. Ipsa Conscientia tibi mille testes, Mulmane, piti Patris pessima progenies, te scilicet propriâ persuasione nixum, in gratiam tuorum ad secularum talia

Tom. II.
Lib. IV. de
not. Eccles.
cap. XIV.
fol. 84. f. a.
Edit. Colon.
1615.
Ungersdorff.
p. 140.

Mulmani
Mysterium
fraudis sive
de technis
Ministrorum,
Edit.
Colon. 1650.
p. 228.

talia proferre? nonne olim melior edoctus à Reverendo Patre tuo
L. Johanne Mulman, Archidiacono & Prof. Lipsiensi, què neq; Paren-
tis nomine insignire dignatus es, licet aliquoties in ejus scriptis
citandis sis occupatus? Non sufficit, Calvinianum, vel Pontifi-
cium dicere, suam doctrinam esse veram, esse claram, sed etiam ex
eventu comprobare? *Clam utiq; & veritati consona est doctrina no-*
stra, quam *Lutherus non primum instituit sed restituit; reduxit, non*
noviter introduxit! Infallibiliter etiam scimus illam in Scriptura S.
esse fundatissimam. *Perpente modo felicissimum doctrina Lutheri*
successum: Non certè per cuniculos, nec per brachij secularis ro-
bur admirandum Reformationis opus aggressus est, sed tubà Ev-
angelicæ prædicationis Antichristiani regni muros oppugnavit;
docuit veritatem & errores redarguit ex solo Dei verbo, (*non quod*
propria interpretatione & judicio statuitur) qui sonus Evangelij non
Papæ (*Numinis tui*) solùm aures percussit, sed etiam ad remotissi-
mas pervenit regiones, & mirabili ac pene stupendo successu intra
paucos annos à multis regnis suscepta hæc doctrina, contrà ve-
rò Papales superstitiones & idolomania ex illis exulare
jussa.

Id. p. 130. l. c.

Mulman l. c.
p. 218.

XLIV. *At inquis: Calvinistam itidem loqui pro Calvino, & suam*
doctrinam veram esse, dicere? Respondeo: *Quam vera & Scripturæ*
DEI consona sit Calvinianorum, rationis staterâ quævis exami-
nantium, doctrina, istud juamdudum probatum dederunt nostri
Theologi; Quos inter non infimos debetur locus Excellentissimo Dn.
D. Præsidi, Præceptoris meo plurimum colendo. Scripturam quidem alle-
gant Calviniani eandem nobiscum, sed contra Scripturæ sensum. Po-
test enim in eodem prato & bos herbam & canis leporem, &
ciconia lacertam, & virgo fragrantissimum reperire florem.

B. Martini
Partit. Disp.
XXXI.
Thef. 4. c.

XLV. *Extraordinariam quoque Lutheri Vocationem fuisse non*
omnino negare poterit, qui notas ad hanc requisitas exactius paulò
perponderarit, quales sunt 1. singularissima puri verbi DEI prædi-
catio. 2. imperterrita in veram doctrinam constantia, & 3. incredibilis inex-
pectata & plane extraordinaria ac stupenda laborum istiusmodi voca-
tionis benedictio DEI, successus felicissimus &c. (Vid. *meritisimi mei*
Præceptoris quondam B. MARTINI Partitiones Theologicas.) Hæc
omnia

omnia in Megalandro nostro LUTHERO fuisse nemo inficias ibit, nisi cui *pro cerebro fungus, pro ratione pepo.*

Nonne divinò agitated Spiritu omnia ad formam & normam verbi divini à Prophetis Christo & Apostolis olim prædicati mensuravit? Nonne in veritate doctrinæ suæ adferenda, inq; falsitate traditionem Papalium arguenda constantissimus fuit? nonne extraordinarium ac stupendum, tam magnam hominum, etiam remotissimorum, multitudinem à Papalibus tenebris avertere, & ad fidem Christianam tam feliciter convertere?

XLVI. *Obijciunt verò Adversarij: LUTHERUM nulla edidisse miracula, cum tamen extraordinariè-vocati eis claruissent? Respondeo: Hac non est perpetua extraordinariè vocationis nota. Ubi extant miracula Jeremiæ? ubi Oseæ, Joelis, Amos, aliorum? ubi Johannis Baptistæ, quem nulla edidisse signa constat ex Scripturis apertè. Licet enim in nativitate ejus multa mira contigerint, paucis tamen illa fuere nota, & ipse in propria persona ad confirmandam doctrinam suam, quæ Judæis videbatur nova, nulla patravit miracula, id quod tamen requirunt Pontificij. Quod si verò morum sanctitatem & vitæ austeritatem inter miracula numerant, tum & nostri miraculis non sunt destituti.*

XLVII. Si etiam miraculorum nomine intelligimusea, quæ divinâ peraguntur virtute, licet in oculos non incurrant, dicimus: omninò *habendum pro miraculo, quod Lutherus Monachus misellus & inermis solus Pontifici Romano se opponere ausus fuerit*, qui tot minas spirabat, qui anathematis fulmine ferire minabatur; nihilominus ipse contra potentissimos Principes, contra tot insidias & machinationes adversariorum, opere Reformationis suscepto & perfectò, *per annos circiter XXX incolumis & ad mortem usque sine cruento Martyrio conservatus est.*

XLVIII. Miraculis principio erat opus propter imbecilliores & doctrinæ novitatem; (*verba sunt Jacobi Schopperi*) verùm jam confirmata religione nostrâ externis signis non indigemus. In spiritu autem omnia hæc hodiernâ etiam die eduntur à sinceris verbi prædicatoribus. Non quidem sanant ægrotos corpore, sed tamen spiritu. *Christi verò tēpore miracula erant necessaria, ἵνα ἀπὸ λῶς,*

D

B. Höpfnerum vide in Evang. Saxon. pag. 142.

Johan. 6. X, 41.

B. Meisner contra Lefsum p. 217.

Conc. III. in Evang. Festi D. Matth. p. 371. cit. apud Gerb. Conf. Catb. Tom. 11. p. 1147.

ἀλλ' ἐξ ἰσοθέου, ex libera & benigna voluntate CHRISTI, qui Leviticæ Leges paulatim abrogare, & Novi Testamenti substantiam populo persuadere volebat per miracula Messiam docentia, quæ doctrinæ Evangelicæ erant comprobatio. Non itaque opus erat ut Thaumasiander LUTHERUS doctrinam suam miraculis confirmaret, cum non sit nova, sed illa ipsa, quam Prophetæ & Apostoli tradiderunt, & stupendis miraculis sat dederunt confirmatam.

XLIX. *Purum putum est mendacium, & jamdudum à nostris explosum, quod Bellarminus (fidei hyperassistes & hæresium strator, ex mente Cornel. à Lapide) ex Staphylo & Cochlæo, mendacissimis hominibus citat de LUTHERO inquit: 1. Illum aliquando voluisse (sed irritò conatu) WILHELMUM NISENUM in Albi suffocatum in vitam revocare; quæ falsissima sunt Φεδογγεοῦ ὑπὸ Cochlæi in actis Lutheri p.70. Non negamus Niseni amicum LUTHERUM fuisse; Hoc enim facile colligi potest ex dedicatione Libri Tom. II. Jen. Latin. fol. 567. eum tamen nunquam suscitare conatus fuit. Bucholzerus narrat ex ore parentis sui, tipæ tunc adstantis: LUTHERUM Niseni mortem vehementer deplorasse, hæcquæ addidisse verba: Si possem miracula edere, nunc te excitarem. Hæc quamvis LUTHERUS protulerit, ea tamen conditio nata fuisse, quivis videt. Jam verò ex Hypotheticis aliquid certi concludere absolum videtur. 2. Illum puellam quandam à Diabolo obsessam liberare voluisse sed frustraneo conatu. R. Adversarij LUTHERI adversaria veritati semper protulerunt; Major ergo fides habenda M. Sebastiano Fröschelio, tum temporis hujus loci Archidiacono, qui ipse ἀπὸ τῶν ἰσθμίων fuit, ipsamquæ Historiam longè aliter enarrat. Vide ejus Conc. de Angelis. it. Promptuar. exemp. Sturmij parte I. f. 139. Theat. Diab. p. 59. Part. I.*

L. Atque hæc dicta sufficiant de Reformatoris nostri Vocatione. Cætera, quæ Adversarij proferre solent argumenta, discussioni publico servabimus. Jam secundum tractationis nostre œconomiam dicendum esset de LUTHERI doctrina, verùm obstante chartæ angustia de hæc DIE ALIO. Progressum hæc vice

vice ad Quæstionum ex nostris Theſibus emanantium enodationem facimus. Sic ergo

SECTIO IV. & ULTIMA.

Q. I. An Reformatoꝝ noster Cognomen mutaverit? Neg.

Theodorus PETREJUS (in Catalogo hæreticorum anno c. 13 CXXIX. edito Colonia) Papanorum more atrocissimis in LUTHERUM debacchans convitijs inquit: *Celebris ille Hæresiarcha Martinus Islebius ex cognomine suo Ludder, quod est nebulo, Lutherus quasi purus dici voluit.* Miranda utique hujus nasutuli singularissima ingenij acrimonia, qui solus quæstionem de Lutheri cognomine movet, cum tamen ipso vivò nemo sit inventus, qui reprehenderit; Ex quo colligere est vel ipsum, non habuisse, quod in eo desideraret. *Reformatoꝝ noster idem nomen, quod à Parentibus suis accepit, constanter retinuit; non autem more Romanensium commutavit, vel aliorum hæreticorum mutavit, ut nobis exemplo sunt: Photinus, cujus nomen apud vetustissimos Scriptores per E. scriptum invenitur apud Cyprianum in Expositione in Symbolum Apostolicum & Augustinum in Libro de Hæresibus; ille se Casenòv, quod est, lucidum, illuminatum adpellavit, Manes (aliàs dictus Curbitus, non Curbitus vel Urbicus, ut quidam hallucinantur, vide Fulterum lib. 2. Miscell. Sacr. c. 18. p. 279. edit. Heidelbergæ 1618. Barth. Mayerum Phil. Sac. Part. I. p. 405. seq. edit. Lips. 1529. Ficklerum in postulatis Photin pag. 6. edit. Witteb. 1620.) qui à discipulis suis in Græcia Manichæus quasi Manna fundens nuncupatus, teste Augustino l. c. & Fullero l. c. p. 281. Sergius II. Pontifex Romanus, cui detestabile nomen, Os porci, fuit primum. Hoc exemplum plurimi Pontificum secuti, ad hodiernum usque diem nulla de causa sua mutant nomina. LUTHERUS ergo secundum nomen suum LUTHERUS, hoc est, limpidus semper permansit, teste Episcopo Sedunensi.*

Cyprian. l. c. fol. 361. & 383. edit. Basileæ 1520. August. l. c. Tom. VI. fol. 20. edit. ibid. anno 1569. Osiand. H. E. Cent. IX. p. 27. Mayerus l. c. p. 407. Gerhard. Conf. Cath. Part. I. p. 161.

D 2

Q. II.

Q. II. An justè Prophetæ titulum Reformatori nostræ
attribuere possimus?

Vocabulum PROPHETA IV. in Scripturis præcipua habet signifi-
ficata: 1. sumitur *latissimè* & Prophetæ dicuntur omnes illi, qui
non quidem futura prædicunt, sed ea quæ à Prophetis propriè di-
ctis annunciata sunt, auditoribus inculcant, olim in Vet. Test. filii
Prophetarum; in N. Fœdere verò ordinarij & sinceri Ecclesiæ Dei.
Doctores. 2. *generatim* pro certo gradu & ordine Doctorum in N.
Test. ijs nempe, qui ipsi peculiari Spiritus Sancti magisterio edo-
cti difficilia Scripturæ loca, & Prophetias singulari dexteritate e-
nodare & investigare possunt &c. quales fuerunt Antiochiæ Bar-
nabas & Simon. 3. *Speciatim* ita dicuntur, qui ipsi futurorum præ-
scij dubios eventus ac varios casus possunt prædicere, quo sensu
Agabus dicitur Prophetæ, & quatuor filix Philippi. *Specialissimè*
deniq; ac propriissimè ita dicuntur, qui collustrati cœlesti lumine &
à Spiritu S. edocti sine institutione ea cognoscebant, & ex revela-
tione divina prodebant, quæ ad Ecclesiæ, Judaicæ cumprimis,
constitutionem, futuri Messæ personam & officium pertinebant;
Hi ipsi in Vet. Test. cum Malachia desierunt, & in N. eorum suc-
cessores sunt Apostoli. *Nos ad secundam & tertiam significationem*
nostrum referimus Reformatores, qui nostro seculo palmam illos
inter obtinuit, qui dono Scripturas interpretandi claruerunt. Præ-
vidit ac prædixit multa, quæ eventus postea docuit. Opus quoq;
Prophetæ dignum in Reformatione Ecclesiæ perfecit. Vid. B. Hut-
teri Cap. XI. fol. 96. b. in Conc. Concordi; Franzij Conc. II. in
Jubilæo habitam. M. Christierni Keilij Disput. contra Pontificium
quendam anno cto 16 CIIIX. Lips. CL. Meisneri Disput. de Prophe-
tjjs anno cto 16 CXLIV. Witteb.

Q. III. An LUTHERUS pro Perjuro habendus se-
cessione facta à Romana Ecclesia?

Tann. l. c.
p. 12. Hack.
l. c. p. 59. Bec.
p. 700.

Luthero-mastiges Tannerus Part. I. Anatom. August. Confess.
Demonstr. 1. Jacobus Hack contra Tossanum quæst. 3. cap. 7. Mart.
Becanus Manuali Lib. IV, cap. XIV, & omnes adversariorum turmæ
plus

plusquam Stentorea clamitant voce; *Lutherum Apostatam, perjurum & irriplici titulo, perfidum fuisse factum: 1. quia fidem Catholicam, in baptismo susceptam, & multis annis professam, tandem abjecisset. 2. quia, adhuc Monachus, solenni ritu DEO perpetuam castitatem promissam non servasset: Denique in Academia tum temporis Catholica solenni ritu Doctor Theologiae promotus, juramento interposito, se eam doctrinam defensurum, quae tunc erat recepta, promississet, sed praestitisset nunquam. Respondeo: Apostatam Lutherum nominare absonum planè est, ead. namq; ratione Apostolus Paulus Apostata nuncupari posset *πρωτόμυετος κολάσας τῶν μαθητῶν Ἰσραήλ*. Judæi credentes, Abraham, alij; quod neq; Adversarij affirmabunt. Præterea propriè adpellandus *Apostata*, non qui à falsa fide ac religione ad veram fidem discessionem facit, sed qui vera Religione relicta falsam profitetur. Prius fecit Lutherus, ut in thesibus demonstravimus. *Promissum verò de perpetua castitate non fuit obligatorium*, quia hoc votum DEI mandato destituitur, ideoq; illicitum, & tantum à Romanensibus effectum. Instant, *Lutherum in promotione Doctorali obedientiam promississe Ecclesiae Romanae juramento solenni*; Concedamus hoc; attamen ne quidem exstat in illo Juramento de decretis Romani Pontificis! Romanae utiq; Ecclesiae obedientiam praestitit, quatenus ex Patrum scriptis nota est, attestante A. C. articulo XXI. p. m. 19. Edit. Lips. 1602. Vocabatur etiam non expressè ad oppugnandum Papatum, attamen ad doctrinam Apostolicam prædicandam. Censuit autem sui muneris esse, divinitus quidem accepti, ut veritatem non simulando proderet, sed adserendo publicaret & offerret Ecclesiae suae factò, voto & mediis communicandi licitis, universae.*

Q. IV. An Indulgentiae Papales ex Scripturis possint probari?

Negatur, quicquid etiam Adversarij in Decreto Conciliabuli Tridentini contra reponant, ubi impudentissimo adserunt ore: *Indulgentias Papales Ecclesiae à Christo esse concessas*, quod falsissimum; Plura non addam, satis enim constat illas omni verbo mandati & promissio-

Act. c. IX,

36.

Act. c. XXI.

20.

Gen. c. XII,

vid. Hulfm.

Brev. Extens.

sū p. m. 366.

D. Dorfb.

in Hodegeti-

co Cath. p.

847. Edit.

Argent.

1641.

Actor. c.
IIX, 18.

tionis purè & simpliciter destitui, nullumq; earum in universa Sacra Scri-
ptura exemplū inveniri, nisi forsitan Simonis Magi. Sed non fert institu-
ti ratio plura adponere, ideo de his uberiora qui desiderat, evolvat
Examinis Concil. Trid. Partem IV. B. Chemnitij; Tractat. de Indul-
gentijs & Jubilæo R.P. Bellarmini libris oppositum D. Egid. Hunni,
edit. Francof. 1599. Examen Apologetici. [quem Casp. Schoppius A-
postata pro Libb. Bellarm. de Indulgentijs opposuit] Frid. Balduini
Witteb. 1605. Tom. IV. Conf. Cath. B. Gerhardi pag. 126. Disquisit.
Theol. de Jubilæo Antichristiano & Indulgentijs Pontificijs D.
Thummij, edit. Tubingæ 1625. Papismum D. Gisenij p. 34. & p. 525.
edit. Gissæ 1623.

Q. V. An Reformatio à Luthero cepta, consummata sit à Zwin-
gho? Neg. vid. D. Calovium in A. C. p. 69.

Q. VI. An Lutherus primum errori Zwinglij addictus fuerit?
Neg. Idem ibid. p. 107.

Q. VII. An Lutherus inconstantia accusari possit? Neg. con-
tra Mübmannum. lib. supra citato p. 84.

Q. IIX. An Lutherus discesserit à prima Ecclesia, & interpre-
tationem verbi divini prorsus novam protulerit?
Neg. contra eundem l.c. pag. 137.

T A N T U M!

In
LUTHERUM REFORMA-
TOREM,
Disputatione publicà exhibitum.

Parve liber specie, divo sed magne Luthero,
Evola & immensum sparge salutis opus;
Quicquid ut auriferos instaurat Roma triumphos,
Jubila progenitor dum male-sanctus agit,
Victor pratereas, seros doceasq; nepotes,
In lucem ex tenebris ut patefacta via est,

Tu

Gilb

33833

1280-

Sammelband. 33 Schriften zur Reformationgeschichte, darunter 10 die „Confessio Augustana“ betreffend. Altdorf, Frankfurt/O., Greifswald, Halle, Helmstedt, Jena, Jüterbog, Kopenhagen, Leipzig, Stargardt, Stettin, Wittenberg, zwischen 1592 u. 1731, 4to. Zus. ca. 1450 Ss. Mit einigen Holzschn. u. Druckermarken. HLdr. d. 18. Jh. (bestoß., Rück. läd.). 1280,—

Sehr interessanter Sammelband, meist Akademieschriften, zur Geschichte der Reformation, besonders zum „Augsburger Bekenntnis“, dessen 200jähriges Jubiläum eine große Anzahl von Würdigungen und Untersuchungen hervorgerufen hat. Zu den Autoren zählen A. C. Bauer, St. Besecenius, C. A. Bürger, Dan. Cramer, H. Ch. Crellius, P. Dolscius, G. Dünnebier, P. J. Eckhard, C. T. Rango, L. Rhodomanus, Nic. Selnecker u. v. a. Eine größere Zahl der Schriften sind sowohl Schottenloher als auch sogar Hammer (Melanchthonforschung) entgangen. — Bei 2 Schriften fehlt je 1 Blatt, teils gebräunt, einige alte Eintrag. — Genauere Angaben auf Wunsch möglich.

STMGRI

Lederriemen, Eichen, neu
Überapparat angebracht

4/187/10

